fide et ita, ut tu voluisti, distribui, quibus debui. Cur enim discederem a praescripto & rationibus tuis, cum nullam unquam significationem contumaciae[a)] vel ineptae alicuius πολυπραγμοσύνης praebuisse me sperem[b)]? Quo magis miror, qui tibi in mentem venerit ista de me suspicari et tam graviter et accurate monere, ut tuum praescriptum servem, ad cuius iudicium[c)] non tantum rationes et mandata, Verum et studia et omnes actiones semper componere studui. De Bavari[3]) illius pecunia nuper respondi accurate, sed fortassis occupationibus est factum tuis, ut illius rei memoriam deponeres. Bona fide et bona conscientia affirmare possum, tantum in schedula, quae erat inserta literis, annotatos fuisse X. Ioachimicos hac ipsa figura, et mitterem ipsam, nisi perijsset mihi. Cum vero additi essent 8. Ioachimici & dimidius, putabam pertinere ad meam pecuniam dimidium, cum petijssem a te mutuum 10 fl., et quomodo plures solverem adolescenti, quam adscripti erant in scheda? Itaque prorsus ignorantia & errore peccatum est, nulla profecto negligentia aut malitia, tamen velim te transferre omnem culpam in me, ut fidem tuam liberes apud illos. Egi cum quibusdam conterraneis, quibus eius rationes notae sunt, qui narrant sibi deberi aliquot grossos, et si placet tibi, numerabo illis ea conditione, ut significent ipsi et patronis eius, sin minus, mittam ad te, ut ipsius patronis satisfiat. Tua Biblia[4]) neutiquam vendidi, servabo ea, quoad vixero, propter manum tuam & nomen D. Philippi. illa vendidi, quibus ego hactenus usus sum, dalero, ego sesquiaureo compararam. Si pater in me accusat πλεονεξίαν, iniquus est profecto, ne dicam ingratus, cum eius filius[5]) hactenus non exigua cura aut sollicitudine affecerit me. Reliquam pecuniam distribui ad praescriptum: Pistorio[6]) 8 fl., quos omnes mihi debuit, ut ex rationibus eius intelliget Pater. Klemangij[7]) syngrapham mitto de XII aureis. Leonardus Pfaler[8]) coram testabitur se accepisse, nudius tertius enim hinc discessit. Reliquorum et Fischeri[9]) ἀποχάς[d)] mittam intra biduum per quendam ex meis discipulis. Mauricius[10]) enim nondum omnibus satisfecit. De Pindaro[11]) curae erit, ut alicui ex nostris tuo nomine demandem, futurus ipse summa voluntate, si occupationes Paedagogiae tantum ocij mihi concederent. Chiliano testimonia[12]) praeceptorum non deerunt, cum et mores & studia eius sint perspectissima. Vox est exilior, quod ex statura et habitu corporis facile iudicare potes, sed ingenio felici, sano & modesto praeditus est. D. Luthero gratum fuit, quod significasti de responso dato Coloniensi[13]). De nostro tumultu[14]) altum hic et mirabile silentium est. Mitto quaedam nova ex aula ad Doctorem perlata, in quibus suaviter illud risit, quod arrogat sibi

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

titulum Commissarij Veteris Religionis[15]. De Caesaris fide & voluntate subdubitabat, idque publice pro concione saepe ostendit[16]). Illiricus[17]) nondum nobis dedit exemplum Summariorum in Psalmos[18]). hisce diebus iterum exigam. Petit in schedula, quam addidi, admoneri Ottonem[19]) de libris transmittendis, quos ab eo emit, et poterit id fieri commode per Nuncium, cui schedulam ideo tuis adiunxi, ut Ottonem admoneat et mihi emat glizerissam[e)], cuius masticationem mihi prodesse sensi et iusserunt etiam medici. D. Hieronymus suavissimam epistolam plenam humanitatis & amoris ad me dedit, in qua magnifice laudat carmen meum[20]), quas laudes etsi nec agnosco nec meritus sum, tamen gratulor mihi de iudicio tanti Viri. Valde autem te oro, ut per nuncium mihi remittas meum exemplum, quod ad te misi, nolim perire propter manum D. Philippi[21]). Bene vale. XI. Id.[f)] [22]) Novemb. 1545. Salutem opto honestissimae Coniugi & toti familiae. existimo iam allata ad vos vascula[23]), quae utinam placerent! nam fuisse hic audio elegantiora, sed neglexi ego, quia raro ad forum prodeo. Iterum vale felicissime.

Hieronymus Besold.

a) contumeliae S.

b) scirem S.

c) Im Kodex indicium, und so auch S.

d) Im Kodex ἀποχας.

e) Von der Hand des Abschreibers ist übergeschrieben: glycirrhizam. Nur dieses bei S.

f) Zu XI. Id. bemerkt S. „so!“ Vgl. Anm. 22.

[Auffällig ist, daß Besold in diesem Briefe nichts davon erwähnt, daß er wenige Wochen vorher, am 18. Oktober 1545, in den Senat der Artistenfakultät aufgenommen war (Köstlin, Bacc. III, 22). Es sind wohl Briefe verloren gegangen, s. Anm. 3.]

1) Stephanus wohl derselbe Nürnberger Händler, der in Br. 100 erwähnt ist.

2) Vielleicht Jacob Ritter Nurmbergensis, immatrikuliert 30. Mai 1545 (Album 224).

3) Sollte Reischacher (s. Br. 114) gemeint sein? Er war Bayer. Aber in Br. 114 ist von einer Geldangelegenheit mit ihm keine Rede. Der Brief müßte also verloren gegangen sein.

4) Von diesem Exemplar der Bibel mit Einzeichnungen Dietrichs und Melanchthons ist bisher nichts bekannt.

5) Pater-filius. Es werden die Dichtel (s. Br. 113) gemeint sein.

6) Pistorius wohl Nicolaus Pistorius, s. Br. 112[19]. Van Hout S. 23 hat Regest eines Dankbriefes von diesem an Baumgartner vom 28. Dezember 1547 und eines Briefes von Marcellus, 20. September 1549, in dem dieser ihn empfiehlt.

7) Zu Klemangius, d. i. Kleinau, s. Br. 112.

8) Leonardus Pfaler Weißenburgensis, immatrikuliert 16. November 1540 (Album 188), Bacc. 21. August 1542 und Mag. 1. September 1545 (Köstlin, Bacc. III, 8 u. 18), wurde später Geistlicher und 1573 Schaffer an S. Sebald, starb 4. September 1592 (vgl. Schornbaum nach Pfalers Aufzeichnungen BbKG. X, 83, die mit den Angaben im Album und

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

bei Köstlin nicht ganz übereinstimmen). Nach Hirsch-Würfel, Diptycha (1756) S. 46 wurde er 1545 Diakonus bei S. Sebald.

[9]) Fischer, wohl Philipp Fischer, vgl. Br. 96 u. 123, im nächsten Jahr, 11. August 1546, ordiniert zum Priesteramt in Nürnberg (Buchwald, Ord. Buch Nr. 801, S. 51).

[10]) Mauricius jedenfalls wieder Golz, s. Br. 114[4].

[11]) Abschrift der Pindarvorlesung Melanchthons, s. Br. 116 (vgl. Hartfelder, Melanchthon 562; CR. 5, 781 u. ZKG. 25, 145)? Oder handelt es sich um einen Studenten namens Pindar, etwa einen Nachkommen des Ulrich Pindar (Enders 1, 102 f.)?

[12]) Die Empfehlung Melanchthons für Chilian (Br. 114) steht in dem Brief an Baumgartner, 12. Dezember 1545 (CR. 5, 903); vgl. Br. 116.

[13]) Vielleicht ist gemeint Defensio iudicii Vniversitatis et Cleri Coloniensis contra Melanchthonis, Buceri et Oldendorpii calumnias a R. Patre Euerhardo Billick Carmelita, Sacrae Theologiae Doctore (1545), s. Historia Joh. Cochlaei de actis et scriptis Martini Lutheri, Coloniae 1568, 329[b].

[14]) Ist Luthers Entfernung von Wittenberg oder seine Entfremdung mit Melanchthon gemeint?

[15]) Wer ist gemeint?

[16]) Aus Weim. Ausg. 49 und 50 hierüber nichts zu ersehen.

[17]) S. Nr. 112[20].

[18]) Vgl. Br. 114.

[19]) Otto, Buchhändler in Nürnberg, vgl. Br. 107. Nach Will, Nürnb. Gelehrtenlex. VII, 87 starb Otto im Jahre 1560. Vgl. auch Siebenkees, Material. I, 307: Vorläufig sei nur ein Buch aus seinem Verlag bekannt: Mahometi Abdallae filii Theologia, in 4°. 1543.

[20]) Besolds Gedicht zu Ehren Baumgärtners, Br. 114.

[21]) Dieselbe Bitte schon am Ende von Br. 114.

[22]) Datum vielleicht XI. Cal. = 22. Oktober. An Veit Dietrich schrieb Melanchthon am 22. Oktober. Vermutlich benutzten er und Besold denselben Boten.

[23]) vascula s. o. Br. 112[21].

## Nr. 116. Besold an Dietrich, 13. Dezember 1545.

Clarissimo Viro, egregia Pietate et eruditione praedito D. Magistro Vito Theodoro, Patrono suo tanquam Patri summa observantia colendo. Nürmberg.

S. in Domino. Chilianus[1]) a praeceptoribus literas facilime impetravit, etiam absque mea commendatione. Speramus autem et pro paterna tua erga nos pietate a te petimus, ut ipsius causam agere et nostra studia et commendationibus & precibus apud Deum iuvare et provehere velis. Iam enim per aetatem magnitudinem muneris nostri magis intelligere videor eoque majorem sollicitudinem et diligentiam praestandam iudico. Vicissim et nos salutem et vitam tuam Deo commendabimus et nullum officij genus unquam in te colendo & venerando tanquam Patrono et Patre nostro unice dilecto praetermittemus. D. Hieronymus ad me peramanter scripsit et hortatur ad exercitium dicendi in publico[2]), ut finito stipendio instructior redire ad vos queam. Memini autem te initio Paedagogiae instituendae[3]) authorem

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

mihi esse ideo, ne finito stipendio statim ex Academia discedendum esset, et ego omnino, quod consilio et voluntate vestra fiat, cupio diutius hic haerere. Quare valde te oro, ut cum D. Hieronymo[4]) agas, spero me tantum ex pensionibus discipulorum posse habere, ut diutius me hic sustentem, Etsi de petenda stipendij prorogatione[5]) me admonebant et D. Lutherus & D. Philippus. Sed respondi nec usitatam eam esse nec honeste me amplius aliquid petere posse. De Chiliani vero stipendio mihi in mentem venit, cum reliqui sint duo anni, posse fieri permutationem & illius biennij pecuniam mihi suppeditari, si liceret aliquid amplius petere, sed vereor, ne satis pie facere videar, et tuam sententiam desidero. nisi tibi secus videtur, sine omni negocio commendationes praeceptorum impetrabo. De Dichtelio[6]) vehementer sum sollicitus, scripsi de eo accurate ad D. Hieronymum, & D. Philippus etiam author est, ut avocetur, ut ipsi eum exploretis, et addebat: wenn wir schon iudicirn[a]), so glauben sies doch nicht, et tanta est ὑπόκρισις hominis, ut videatur esse quantivis precij propter illam simulationem modestiae. Ego non possum videre, quomodo ad aliquam vel mediocrem eruditionem pervenire possit, cum prima elementa grammaticae nec teneat nec discere velit, neque frenum sibi injici patitur. Genesis[7]), quam misit D. Hieronymus, prorsus non correspondet ipsius moribus. Philippus negabat esse verum tempus. In me profecto nec fidem nec diligentiam desiderari posse existimo, et tu non ignoras, quanta cura et sollicitudine me adfecerit, cum saepius questus sim eum nunquam ne coactum quidem voluisse facere officium. Pistorium[8]) etiam pene seduxerat. Scripsit is ad Patrem de minervali profecto me inscio et contra voluntatem meam, tantum quadam contumacia, ne videretur gratis uti mea opera, cum eodem loco apud me sit propter ingenium & in studijs diligentiam, quo alius quispiam locupletissimus. Sed curabo, ut eum in officio retineam, ille enim verbis emendatus est hactenus, etsi nonnunquam est ferocior. Mitto versionem Pindari[9]) transscriptam a Melchiore Michel[10]) et summulas in Psalmos[11]) a Sturmij puero[12]) exaratas, addidi et versiculos ex oratione Lycurgi[13]), quos emendatos missurum se ad D. Hieronymum ostendit D. Philippus. Vestram illam expectationem colloquij[14]) suaviter risit D. Lutherus, ait iam in Brunsuicensi bello[15]) colloquium celebratum esse et inutiles esse illas disputationes, cum referenda sint omnia ad Iudicium Papae. Enarrationem Genesis ante mensem absolvit[16]) et addebat finita postrema lectione: Wolan das ist die liebe Genesis. Unser[b]) Herr Gott geb, daß manns nach mir beßer mach. Ich bin nun alt und schwach. Orate pro me, ut Dominus liberet me in bona



Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

hora. Caeterum Dei beneficio rectissime valet. Deus aeternus pater liberatoris nostri Iesu Christi, qui est Vita et longitudo dierum nostrorum, servet eum incolumem et salvum. Bene vale, die Brumae 1545.

Honestissimam tuam coniugem et liberos reverenter saluto. Propediem edetur libellus ad Ducem Saxoniae et Landgravium de non dimittendo Mezentio[17]). Typographus remoratur editionem, alias per nuncium misissemus. Iterum vale, et de petitione stipendij quaeso, ut tuum consilium mox significes.

Hieronymus Besold.

a) Dazu Knaake: „Oder ‚indicirn' zu lesen, eher wie im Text". S. hat iudicirn.

b) Vnser S.

1) Chilian (s. Br. 114 und 115) wurde von Melanchthon in seinem Briefe an Hieronymus Baumgartner vom 12. Dezember 1545 empfohlen (CR. 5, 903): Est hic adolescens Michael Chilianus, natus in urbe vestra ex Spalatini amita, bono ingenio praeditus, qui petit stipendium, quo nunc fruitur Hieronymus. Valde te oro, ut hunc Michaelem adiuves, ut, cum Hieronymus relinquet, in hunc beneficium publicum conferatur.

2) Zu Baumgartners Ermahnung, sich im Sprechen vor der Oeffentlichkeit zu üben, vgl. unten Br. 120, wo er von seinen Predigten spricht.

3) Seine Paedagogia muß er im Laufe des Jahres 1545 eingerichtet haben, s. Br. 112.

4) Baumgartner.

5) Wegen des Stipendiums s. o. Anm. 1.

6) Von Dichtel schreibt Melanchthon in dem oben angeführten Briefe (Anm. 1): Dichtelius minus patiens est freni quam debebat esse, etsi in meis aedibus modestus est, sed adversus Praeceptorem [d. i. Besold] est contumax . . . Velim te deliberare, utrum accersere eum velitis ad inspicienda eius studia.

7) Genesis quam misit, seine Nativität. Mit diesem astrologischen Aberglauben gab sich Melanchthon viel ab.

8) Pistorius vgl. Br. 115.

9) Die Pindarübersetzung, vgl. Br. 115[11], wo aber vielleicht etwas anderes gemeint ist.

10) Melchior Michael, s. Br. 111[b].

11) Summulae in Psalmos, s. Br. 114[9].

12) Sturmii puer, s. Br. 114[10].

13) versiculi ex oratione Lycurgi (CR. 10, 591f. Nr. 220 und 221), s. Melanchthon an Baumgartner, 12. Dezember 1545 (CR. 5, 903): Mitto tibi versiculos, qui citantur in Lycurgica oratione, qui te de tuis aerumnis commonefacient, quas pro Patria et pro Ecclesia sustines. Mittam alias plura. — Ueber die Rede Lycurgs contra Leocratem hielt Melanchthon 1545 eine Vorlesung (Hartfelder, Melanchthon S. 562; ZKG. 12, 619) (CR. 17, 939ff. und CR. 5, 836).

14) Das Religionsgespräch in Regensburg. Zu Luthers Urteil vgl. seinen Brief vom 9. Januar 1546 an den Kurfürsten (de Wette V, 774): Ich bitte E K F G unterthäniglich, sie wollten sich wohl bedenken, ob M. Philippus zu schicken sei auf das itzige zu Regenspurg nichtige und vergebliche Colloquium, da keine Hoffnung ist. Vgl. auch vorher die Eingabe der Wittenberger Theologen (nach 19. November 1545), Enders-Kawerau 16, 325ff.

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

[15]) Braunschweiger Krieg, der mit der Gefangennahme des Herzogs Heinrich endete, s. Enders-Kawerau 16, 318[1].

[16]) Ueber den Schluß der Genesisvorlesung (am 12. November?) und Luthers letzte Worte auf dem Katheder der Universität vgl. auch Weim. Ausg. Bd. 44, 825, Z. 10—12; Köstlin, Luther II[5] S. 613.

[17]) Mezentius ist Herzog Heinrich von Braunschweig. Die Schrift „An Kurfürsten zu Sachsen und Landgrafen zu Hessen D. Martin Luther von dem gefangnen Herzog zu Braunschweig. Wittenberg, Jos. Klug 1545“. s. de Wette-Seidemann, Luthers Briefe VI. 385. Ueber ihr Erscheinen im Dezember 1545 vgl. Enders-Kawerau 16, 331 f. (Die Verzögerung des Drucks durch Klug hatte der Kanzler Brück herbeigeführt.)

## Nr. 117. Besold an Dietrich, 12. Januar 1546.

Clarissimo Viro D. Magistro Vito Theodoro docenti Evangelium Norībergae, Domino suo et Patrono observando.

Dem Herrn M. Veiten Prediger bey St. Sebald, meinem günstigen lieben Herrn Nürnberg.

Salutem in Christo, Filio aeterni Patris, quem precor, ut faustum et felicem annum largiatur Ecclesiae tuae honestissimaeque familiae tuae et te quam diutissime servet incolumem. Hodie ablegavi Tichtelium[1]) cum literis D. Philippi ad D. Hieronymum et parentem ipsius, gaudeo me liberatum esse tanta sollicitudine, etsi nihil periculi vel molestiae unquam defugissem optimi parentis et tua causa, si aliqua ex parte studium et operam meam recte collocatam esse intellexissem. Quaeso autem, ut et tu Patri autor sis, quod D. Philippus etiam hortatur, ne statim eum ejiciat, sed in aliquam decuriam scribarum mittat, nam satis eleganter pingit et bonus est Arithmeticus. Heri Torgam profectus est D. Philippus[2]), profecturus recta ad conventum, speramus tamen eum retentum iri propter literas Doctoris[3]), quas ad Principem scripsit eo nomine. Negabat se per Noribergam nunc iter facturum his tempestatibus, sed recta Ratisponam iturum. Fortasse autem fiet, ut et tu mittaris[4]). Valde itaque te oro, ut ex nostris aliquem tibi adiungas, sicut proximis literis ostendebas, te optare famulum mei similem[5]). Non poterit autem commodior contingere quam Michael Chilianus[6]) propter singularem industriam & morum modestiam, et erit ei propter petitionem stipendij fortassis ad vos proficiscendum. Cum primum igitur ornatus fuerit titulo Magisterij, hortabor eum, ut recta in Patriam eat, neque titulus obstabit. Ego si absque discipulis essem[a]), ipse me denuo famulum tibi summa voluntate adiungerem. Quare etiam atque etiam a te peto, ut, quem antea tuis commendationibus ornasti, etiam hoc beneficio cumulare velis optimum juvenem et tui observan-



Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

tissimum. D. Martinus heri in prandio cum ostenderet se velle retineri D. Philippum, tui mentionem faciebat: M. Veit soll man dans[b] schicken, der hat gute tag, hats Podagra, der soll legatus †[c] natus[7]) sein. wir müßen nun deß Philippi schonen. Nos nuncium quotidie expectamus, per quem copiosius scribam et diligentius, haec enim subito per hunc nuncium scribenda duxi. Vale optime et felicissime, carissime Patrone. pridie Idus Ianuarij 1546.

Peto magnopere, ut per hunc nuncium de Chiliano respondeatis.

Hieronymus Besold.

a) Im Cod. esset; S. hat: „esset (so!)".

b) dans auch S.

c) natus wird mit dem Zeichen als zweifelhafte Lesart vom Abschreiber bezeichnet. So auch bei S.

¹) Zu dem ungeratenen Zögling Dichtel vgl. Br. 113 und 116. Melanchthons Brief an Baumgartner ist uns erhalten. Er ist am 10. Januar geschrieben (CR. 6, 12): . . . Cum autem hodie iter ingressurus essem, profecturus Torgam, prius de Dichtelio ad te scribendum esse duxi. Servari eum opto et non abiici a patre. Nam ingenium eius usui esse poterit ad res honestas. Scribit mediocriter et hactenus sine scelere vixit, paulo videtur pronior ad voluptates et minus patiens freni . . . Didicit latinam linguam et Arithmeticen et in aliqua decuria scribarum [Kanzlei] exerceri posset, ut Reipublicae serviret etc. Ein zweiter Brief Melanchthons an Baumgartner, vermutlich 5. Februar 1546 geschrieben (CR. 6, 27) erwähnt einen neuen Brief von Besold und spricht sich sehr ungünstig über den jungen Menschen aus.

²) Nach Besolds Brief wäre die Abreise Melanchthons nach Torgau zusammen mit Major und Zoch also einen Tag später als Melanchthon selbst (s. Anm. 1) annahm, erfolgt. In Torgau schrieb Melanchthon sein Iudicium de colloquio Ratisbonae habendo am 12. Januar (CR. 6, 14). Das Datum der Abreise Majors, der von Torgau aus gleich weiter nach Regensburg fuhr, ist von Bedeutung für die Bestimmung das Datums eines noch ungedruckten Briefes von Melanchthon an Luther (etwa 7. Februar 1546) in der Wolfenbüttler Bibliothek. Hier kommt der Satz vor: Miramur Doctorem Georgium nondum quidquam litterarum a Danubii ripa misisse, cum absit iam amplius diebus 24.

³) Von Luthers Bitte an den Kurfürsten vom 9. Januar 1546 s. oben Br. 116. Melanchthon reiste auch nicht nach Regensburg.

⁴) Veit Dietrich wurde von Nürnberg aus hingeschickt, konnte aber wegen seines Podagras erst im März dahin reisen, s. oben Br. 6 und 48.

⁵) Also wird Besold 1541 als Famulus von Veit Dietrich das damalige Religionsgespräch mitgemacht haben, s. oben Vorwort S. 82 und Br. 108 und 120[1].

⁶) Zu Michael Chilianus vgl. Br. 114[16]. Magister wurde er am 25. Februar 1546 (Köstlin, Bacc. III, 19) als 15. unter 39 Kandidaten. Melanchthon empfahl ihn besonders an Dietrich in einem Briefe vom 1. März 1546 (CR. 6, 68).

⁷) Ueber die einflußreiche Stellung des Legatus natus vgl. RE.[3] 11, 341, 46ff. und Holtzmann-Zöpffel, Lexikon für Theol. und Kirchenwesen[2] S. 653ff.

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

Nr. 118. Besold an Dietrich, 20. Januar 1546.

Clarissimo Viro D. Vito Theodoro docenti Evangelium Noribergae, domino & Patrono suo observando.
Nürnberg.

Dem Ehrwürdigen Herrn Magister Veiten Ditrich, meinem gunstigen lieben herrn, Prediger zu St. Sebald[a].

S. in Christo. Hic nuncius subito iam ingressurus iter mihi oblatus est. Quare significandum vobis putavi, D. Philippum non iturum ad Conventum[1]), nam eum expectari a nuncio nimis odiose cessante existimo. Pecuniam ex Lipsia accepi 22. Ioachimicos et nostris pueris distribui[2]). In Epigrapha illius epistolae, quae addita erat, annotati erant 8. Ioachimici, sed tantum 7. et 3 restabant. Ideo aut a te erratum fuit in scribendo, aut a parentibus eius, qui tantum septem numerarunt. Mauricium[3]) adhuc ex Lipsia expectamus. Ad Ferias Conversionis Pauli[4]) D. Lutherus rediturus est Mansfeldiam[5]), nam dei beneficio lites et illas discordias Comitum bona cum gratia composuit[6]). Bene vale, festinanter Witebergae 1546. 20. Januar.

Hieronymus Besold.

a) Sebald etc. S.

1) Vgl. Br. 117[a]. Der in der folgenden Zeile erwähnte nuntius ist wohl der amtliche Bote des Rats von Nürnberg, der in Wittenberg untätig auf Melanchthons Rückkehr aus Torgau warten mußte, um die jedenfalls wichtigen Nachrichten desselben mitzunehmen.

2) Zu ähnlichen Geldangelegenheiten s. o. Br. 94 und 115.

3) Mauricius wohl wieder der Buchhändler Golz wie Br. 114 und 115.

4) Feriae Conversionis Pauli wäre der 25. Januar, ein Montag im Jahre 1546. Luther fuhr aber schon am 23. Januar zu seiner letzten Reise von Wittenberg ab (Köstlin II, 617).

5) Luther war bereits Anfang Oktober 1545 (zusammen mit Melanchthon und Jonas) in Mansfeld gewesen, s. Köstlin[5] II, 611; Enders-Kawerau 16, 303ff.

6) Das ist zuviel gesagt; die Verhandlungen waren damals verschoben und gewannen erst kurz vor Luthers Tod einen günstigen Abschluß.

Nr. 119. Besold an Dietrich, 22. Februar 1546.

Dieser Brief De funere d. Lutheri ist gedruckt von Kawerau, Jonas' Briefwechsel II, 182ff. Nr. 785, nicht berücksichtigt von I. Strieder, Authentische Berichte über Luthers letzte Lebensstunden, 1912 (Kleine Texte von Hans Lietzmann Nr. 99). Zur Sache vergleiche man außerdem noch Kawerau in Th. Stud. u. Krit. 1907, 467ff.; O. Clemen in Ztschr. f. Kirchengesch. 1913, 450ff. (Th. L. Bericht 1913,

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

164). Ein Auszug aus Besolds Brief befindet sich nach ARG. 5, 385 in Augsburger Akten (als Anhang von Frechts Bericht über den Regensburger Reichstag zum 3. März 1546).

Kawerau, S. 182 Z. 9 v. u. diserte] discere Knaake.

S. 184 Z. 3 v. o. honestissimae coniugis] honestiss. Coniunx Knaake.

Besold gibt seinem persönlichen Schmerze über Luthers Tod Ausdruck. Wegen seines Hinscheidens verweist er auf den Bericht von Jonas an den Kurfürsten vom 18. Februar, den er beilegt (Kawerau, Jonas II, 177 ff.). Am 23. Januar ist Luther abgereist zur Schlichtung des Streites unter den Grafen von Mansfeld. Am 17. Februar ist noch sein humorvoller Brief an seine Gattin (de Wette V, 791) angekommen, doch am 19. Februar hat ein kurfürstlicher Bote Schreiben an Bugenhagen und Melanchthon gebracht mit dem Bericht des Jonas. Melanchthon hat alsbald in seinem Kolleg über den Römerbrief, das er um 8 Uhr[1]) zu halten pflegte, dem Auditorium Luthers Tod und den Bericht von Jonas über sein sanftes, gottergebenes und glaubensstarkes Ende mitgeteilt, um von vornherein falschen Gerüchten entgegenzutreten. Schon vor einem Jahre hat Luther nach starker Erkältung an ähnlichen Brustbeklemmungen gelitten, wie er, Besold, sich jetzt erinnere. Melanchthon hat dann das Wort gebraucht, der Wagen und der Wagenführer Israels sei hinweggenommen. Durch züchtiges Leben und Gebete müsse man seinen Schmerz und seine Sorgen vor der Zukunft kundtun. Unbeschreiblich ist die allgemeine Trauer.

Heute, am 22. Februar früh 9 Uhr, ist der Leichenzug in Wittenberg eingetroffen, geleitet von zwei Grafen von Mansfeld mit etwa 50 Reitern, Luthers drei Söhnen, Jonas und Chilian Goldstein. Die Professoren und der Rat der Stadt, Studenten und Bürger gingen ihm entgegen und begleiteten ihn in die Schloßkirche, wo nach einer Predigt von Bugenhagen und einer Ansprache von Melanchthon der Leichnam in der Nähe der Kanzel beigesetzt wurde. Erneuter Ausdruck von Besolds Schmerz über den schweren Verlust.

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

Wünsche für Dietrichs Gesundheit. Käthe Luther hat ihre Tischgäste entlassen. Besold hat Aufnahme im Haus Melanchthons gefunden, was ihn mit tiefer Dankbarkeit erfüllt. 22. Februar 1546. Wittenberg.

[Nachschrift:] An Baumgartner hat er bei der Eile des Boten nicht schreiben können. Beigelegt ist der öffentliche Anschlag wegen Luthers Tod, der Brief Melanchthons an Jonas (im Namen der Wittenberger Universität) und Melanchthons Ansprache in der Schloßkirche.

[1]) Pollicarius, später Diakonus und Superintendent in Weißenfels behauptet: um 9 Uhr (CR. 6, 58).

Nr. 120. Besold an Dietrich, 26. Mai 1546.

Clarissimo Viro D. Vito Theodoro Docenti Evangelium Noribergae, Domino suo et Patrono observando.
Nůrmberg.

Salutem in Domino. Hic adolescens Nicolai Fischeri[1]) equitis, qui nobiscum Ratisbonae erat, filius est, qui deinde pro salute et capite D. Hieronymi fortiter, ut audio, et strenue dimicavit. Ipse etsi ingenio tardiore praeditus est, tamen diligentiam in studijs & regendis moribus huc usque praeceptoribus probavit. De Hallero[2]), qui recens huc venit, bene spero, ut de plerisque adolescentibus nostris, quod et ad D. Hieronymum[3]) scripsi, praeter unum aut alterum, quos quidem caulas vel castra sequi potius quam scholam velim, cum propter unum aliquem ignavum fucum reliqui omnes male audiant aut certe negligentiae et luxus accusentur apud vos. Reischachero[4]) heri oblata est conditio a D. Philippo Viennae, ut ibi aliquot adolescentes doceat, et promittitur stipendium 300 fl. Rhenanorum. Etsi vero instant et eum propellere ad suscipiendam provinciam illam conantur, tamen vocationem patriae praefert. Quaeso autem, ut cures certi aliquid ad eum perscribi, ne tam lautam & praeclaram occasionem frustra amittat. De meis studijs scripsi alias, me nunc cepisse exercitium dicendi in publico[5]). grave profecto et difficile principium est inexercitato, et in re una omnium gravissima et difficilima, praesertim cum et studiorum rationem valetudo nescio qua ratione incertior impediat. Memini autem me videre ante aliquot annos conciones tuas apud Vencilaum Bohemum[6]), quas primo anno latine conscripseras integras, antequam diceres in publico. Etsi autem sciam te ad libros Doctoris & D. Philippi me remissurum, tamen tuum exemplum videre cuperem. Ego etiam integras conciones conscribo et propemodum singula

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

verba germanice, quia natura sum tardior et ineptior ad extemporalem facundiam. Quare vehementer te oro, ut mittas libellum illum per Nicolaum, Pistorij filium[7]), sed obsignatum, qui quaedam advehi curabit opinor, erit id mihi non tam gratum & iucundum quam summopere necessarium & utile. Etiam indusijs opus habeo, nam illa, quae ante biennium misisti, lacera sunt. Etsi vero nolim honestissimae coniugi tuae oneri esse, tamen tantum rogo, ut alteri id negotij det, ut parentur eadem forma qua priora. Precium si significaveritis, per nuncium mittam. Eadem quoque per Pistorium commode mitti poterunt. Si Dominus vitam et vires concesserit, non ero ingratus, et ob eam causam, ita me Deus amet, superstes esse cupio, ut pro tantis beneficijs alijs etiam publice & privatim prodesse queam, absque eo si esset, vel hodie hac vita excedere valde cuperem. Bene vale. 7. Calend. Iunij 1546.

In prandio ex D. Philippo audivi apud Oenipontem interpositum esse edictum Imperatorium, ut parcatur parricidae hispano[8]). Indignum sane facinus, et quod apud omnes ordines magnum odium ipsi Imperatori conciliabit. Nunc Lutherum multi desiderant, qui si viveret, haud dubie tantum scelus perstringeret. Neque sic tamen impune erit. Etiam ex Ungaria quaedam allata sunt de mulierculis defendentibus arcem quampiam[9]), quid sit, nondum comperi, sed D. Philippus dicebat se scriptum[a]) ad D. Hieronymum[10]). Funckium[11]) magnam injuriam fecisse Marchioni, quod tantis convitijs incessisset eum. Si enim dimicasset, omnes fuisse occisos, cum tantum animi et roboris sit in mulieribus prae nostris ducibus et militibus. Narrabat interdictum esse Noribergae et Lipsiae lectionem et emptionem farraginis illius, et suspicabatur eum iam amotum esse. Odiosa certe petulantia hominis est et quae aliquid maius trahet, nisi compescatur. Iterum vale felicissime cum honestiss[ima coniuge & suaviss[imis liberis, quibus omnibus salutem et incolumitatem opto.

Hieronymus Besold.

Addidi schedulas Bavari[12]), cui reliquus erat apud me dimidius Ioachimicus, quibus et petit et accepisse se testatur pecuniam.

[a]) Auch S. Knaake merkt an: „So Cod.“ (Ist vielleicht scire oder legisse zu ergänzen? Oder ist esse scriptum zu lesen?)

[1]) Ein Ritter Nikolaus Fischer, der mit Dietrich 1541 auf dem Religionsgespräch in Regensburg war und sich danach in den Jahren 1544 und 1545 Mühe gab, die Befreiung von Hieronymus Baumgartner durchzusetzen, ist sonst nicht nachzuweisen. Als sein in Wittenberg studierender Sohn könnte Johannes Fischer Bemdingensis (aus Wemding in Schwaben, BA. Donauwörth) in Frage kommen, immatrikuliert Mai

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

1542 (Album 195). Klar ist aber hier bezeugt, daß Besold Dietrichs Begleiter in Regensburg 1541 war; s. o. Br. 117[5].

[2]) Haller, jedenfalls Sebastian Haller Noricus, immatrikuliert Mai 1546 (Album 233).

[3]) Baumgartner.

[4]) Ueber Reischacher vgl. Br. 114 und unten Br. 121.

[5]) Ueber Besolds Uebungen im öffentlichen Reden vgl. auch Br. 116[2].

[6]) Ob Wentzeslaus Widlack Bohemus ab Awssickh, immatrikuliert 28. Mai 1540 unter den pauperes (Album 184)? — Lateinische Predigten Dietrichs handschriftlich noch vorhanden in Dresden, Königl. Bibliothek, stammen aus dem Jahre 1538: A 199[k] conciones anni trigesimi octavi, habitae Noribergae in aede divi Sebaldi. Eigenhändig. Vgl. Seidemann in Z. f. hist. Theol. 1874, S. 115.

[7]) Nikolaus Pistorius, s. Br. 112[19] u. 115[6].

[8]) Alfonso Diaz, Mitglied eines päpstlichen Gerichtshofes, hatte seinen dem Evangelium geneigten Bruder Johannes Diaz, der auf dem Religionsgespräch zu Regensburg mit zugegen gewesen war, in seiner Herberge zu Neustadt an der Donau ermorden lassen (27. März 1546) und sich dann wieder nach Innsbruck (Oenipons) geflüchtet. Melanchthon verfaßte eine kurze Schrift darüber (CR. 6, 112). Vgl. auch CR. 6, 240 und besonders F. Roth, Zur Verhaftung und zu dem Prozeß des Dr. rotae Alfonso Diaz (Arch. Refgesch. VII, 413ff.). Das Mandat des Kaisers vom 4. April ordnete den Stillstand der Verhandlungen an, bis König Ferdinand Weiteres verfüge. Der Mörder ging schließlich frei aus.

[9]) Darüber nichts weiter bekannt.

[10]) Jedenfalls ist Baumgartner gemeint.

[11]) Funckius, s. Br. 73[3], damals noch Prediger in Wöhrd bei Nürnberg, seit 1547 Hofprediger in Königsberg in Preußen. Mit dem Marchio scheint Kurfürst Joachim II. von Brandenburg gemeint zu sein, der unglückliche Führer im Türkenfeldzug des Jahres 1542. Funks Buch wird sein: Chronikon durch Mag. Johann Carion. Vollstreckung dieser Chronika vom 32. Jahr der mindern Zahl bis in 46. Durch Joh. Funcken Pastor in Wöhrd prope Norimbergam zusammengetragen, Frankfurt a. M. 1546. 8⁰ (CR. 12, 708). Melanchthon tadelt Funk in einem Brief an Baumgartner, 14. Mai 1546: Vestrum Historicum Funkium doleo quaedam narrasse minus circumspecte (CR. 6, 135).

[12]) S. Br. 115 und 121. Da Reischacher in diesem Briefe ausdrücklich mit seinem Namen genannt ist, scheint er doch nicht in Frage zu kommen.

## Nr. 121. Besold an Dietrich, 12. [6.?] Juli 1546.

Clarissimo Viro D. Vito Theodoro, Domino suo et Patrono observando. Nůrmberg.

Salutem in Domino. Proficiscitur ad vos M. Reischacher[1]), quod faustum et felix sit, cui ex animo gaudeo contigisse Scholam Culmanni[2]), cum et propter eruditionem honesto loco dignus sit et multas splendidas conditiones huic posthabuerit, propterea quod patriae nostrae, in qua educatus fuerat, omnia sua studia merito se debere agnosceret libenterque acceptum referret. Ipsum vero, mores & studia facile vobis probaturum confido, propter quae D. Philippo & D. Crucigero hic fuit coniunctissimus. De bello nihil exploratum

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

habeo. Schola Dei beneficio adhuc satis tranquilla est. et, ne turbaretur, praesidium in vicina oppida & pagos collocatum est. De eventu, etsi is in omnibus bellis incertus est, D. Philippus divinare videtur, fore penes nostros victoriam[3]) nec facile ullam pacificationem admissuros. Dolet vicem Caesaris, cui semper favit plurimum, quod existimet magis aliorum virulentis consilijs quam sua voluntate impulsum id instituisse, neque tamen ad eum deducturos finem, quem ipsi sperent. Ex Lichtenbergio[a]) quoddam vaticinium[4]) recitabat de Caesare: Sapientia tua vertetur in Scoriam, & nominatim ibi fieri mentionem quorundam locorum circa Moguntiam aiebat, quibus aliquae calamitates praedicerentur. Narrat hoc fuisse consilium Imperatoris, tollendos esse e medio Electorem nostrum Principem & Landgravium aut certe castigandos esse, quos videret perpetuo obstare sanioribus consilijs et reformationi & praecipue tueri doctrinam. Illis sublatis posse ad aliquam restitutionem in integrum omnium[b]) rerum perveniri. Basiliscum[c]) vero illum Ferdinandum[5]) urgere totam rem similem ob causam, quod metuat, ne, si superstes esset fratri. non posset pervenire ad speratum dignitatis fastigium salvis & manentibus nostris principibus. Sapienter ista cogitata sunt, sed moderatiora omnia, quam ut Luthero piae memoriae satisfacerent. Ille classicum caneret haud dubie, si viveret, et veriorem causam ostenderet, quam plus millies ex eo audivimus et ego et multi pij: Insidias videlicet et odium libertatis germaniae, cui insidiari Imperatorem cum Ferdinando et Hispanis narrabat, et collaturos eos quacunque occasione oblata ad eam opprimendam omnes vires. Hoc etiam soli mihi (Nam locum adhuc in horto optime memini) praecinebat aliquoties hortabaturque, ut animo & memoriae infigerem et, si quando inciderent motus aliqui, nostros homines de hoc oraculo admonerem[6]), etsi tantam sapientiam nostro Senatui tribuebat, ut secum sentire eum iudicaret. Et sane exitus et res ipsa dicta probat. Utinam et illud sanctissimi Prophetae oraculum fidem inveniat, quod saepe ex eo auditum D. Philippus commemorat. Dixerat de se ipso, se esse magnum doctorem ideoque funus amplum habiturum & tracturum secum ingentem stragem Episcoporum & sacerdotum[7]). Adhuc Dei beneficio nostros Principes animo excelso & hilari praeditos esse audio. Nostra etiam Patria propter constantiam et fidem celebratur a multis. Sed vicini nostri[8]) antiquum obtinent: Islebius[9]) cum Marchicis mirifice gratulantur & iam de nobis conclamatum esse clamitant. Sed et Misnensium[10]) perfidiam metuit D. Philippus, et dimicaturos adhuc cum nostro Principe existimat de Episcopatu Hallensi & Halberstadiensi[11]) mortuo Marchione[12]), qui nunc tenet. Sed

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

confidamus et invocemus illum, qui in circuitu populi sui est et visitat iniquitatem patrum in filios in Tertiam & Quartam Generationem. De Rationibus et pecunia apud Bibliopolas quid confectum sit, ex scheda, quam addidit Mauricius[13]), intelliges. Reuschachero[d)][14]) tomum secundum reddet, apud me est reliqua pecunia 1 fl. 18 g. 6[15]), de qua quid faciendum sit significa. Bene vale. 1546. die 12 Iulij[e)] 1546.

Hieronymus Besold.

a) Lichtenbergico S.
b) omniumq S.
c) *Βασιλι*scum S.
d) So auch S.
e) die VI. Iulij S. (s. o. Nr. 114). Wie eine Verwechslung zwischen 12. u. VI möglich ist, läßt sich nicht erklären.

¹) Ueber Reischacher vgl. Br. 114 und 120. Näheres über ihn gibt Will, Nürnberg. Gelehrtenlexikon III (1757), der ihn aber Rauschacher (vgl. unten die Namensform Reuschacher) nennt: „wurde vielleicht zwischen Nicolaus Agricola und Johannes Barba Inspektor der 12 Knaben und bekleidete später von 1549 bis zu seinem Tode (12. September 1555) das Rektorat der Spitalschule". Melanchthon hatte ihn am 18. August 1544 (CR. 5, 467) an Menius (für Eisenach?) empfohlen. Bugenhagen wollte ihn zum Rektor der Wittenberger Schule machen. Vgl. weiter die Empfehlung an Baumgartner CR. 6, 464.

²) Zu Leonhart Culmann (1487[?]—1562), 1523—1549 Rektor der Schule im Neuen Spital zu Nürnberg, vgl. oben Br. 2 und 21, ferner Kolde in BbKG. 3, 176¹, Hirsch-Würfel, Diptycha eccl. Sebald. (1756) S. 6 ff.

³) Diese Hoffnung Melanchthons (vgl. CR. 6, 203 ff. und Bd. 28 Anhang, Annales vitae S. 91 zum 20. u. 27. Juli 1546) erwies sich bald als eitel. Vgl. auch Br. 122¹.

⁴) Johannes Lichtenberger aus Lichtenberg im Kreis St. Wendel, Regbz. Trier, lebte als angesehener Astrolog am Hofe Kaiser Friedrichs III. Die Weissagungen Johannes Lichtenbergs, seit 1488 viel verbreitet, waren, von Stephan Roth neu verdeutscht, 1527 wieder in Wittenberg erschienen und von Luther mit einer Vorrede ausgestattet worden. Vgl. Köstlin, Luther⁵ II, 144; ADB. 18, 538; Kroker, Luthers Tischreden S. 271, n. 539; Sincerus, Neue Sammlung von lauter alten Büchern S. 469; Tentzel, Monatliche Unterredungen 1691, 965 ff.; Weim. Ausg. 23, 1 ff.

⁵) Basiliscum, Wortspiel mit *Βασιλεύς*.

⁶) Vgl. Weim. Ausg. 30 II, 146 Anm. 3.

⁷) Die Weissagung Luthers sonst erwähnt? Diese nicht bei Grisar II, 133 ff.

⁸) Es sind wohl die Brandenburger und Meißner gemeint. Vgl. Germann, Forster S. 365.

⁹) Islebius Agricola. Marchici die Regierung Joachims II von Brandenburg, der am Schmalkaldischen Krieg nicht teilnahm. Vgl. Kawerau, Agrikola S. 245.

¹⁰) Misnenses Herzog Moritz von Sachsen und sein Hof. Diese Befürchtung Melanchthons sollte nur zu bald in Erfüllung gehen. Im November 1546 erschien Moritz mit seinem Heer vor Wittenberg, das er allerdings nicht bezwang.

¹¹) Wegen Moritz' Absichten auf die Bistümer vgl. Brandenburg, Moritz von Sachsen I, 497; Hertzberg, Geschichte der Stadt Halle II, 191 ff.

¹²) Marchio Markgraf Johann Albrecht von Brandenburg, seit

Brought to you by | University of Arizona
Authenticated
Download Date | 7/20/15 8:34 PM

Oktober 1545 Nachfolger des am 24. September 1545 gestorbenen Kardinals Albrecht.

[13]) Mauricius wohl wieder Golz, s. Nr. 114 und 115.

[14]) Renschacher vgl. oben Anm. 1.

[15]) Nach 6 fehlt die Münzbezeichnung (nummuli).

Nr. 122. Besold an Dietrich, 1. August 1546.

